



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XVIII. Die Markgrafen Otto, Johann und Woldemar verkaufen dem Kloster Marienpforte das Dorf Warthe, am 30. August 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XVIII. Die Markgrafen Otto, Johann und Woldemar verkaufen dem Kloster Marienpforte das Dorf Warthe, am 30. August 1304.

In nomine Domini Amen. Otto, Johannes et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenses et de Landisberg Marchiones, Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras viſuris ſeu auditis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Actiones, quas mundus ordinat, ſepe delet ſucceſſus temporum, niſi muniantur firmo karactere Litterarum. Quapropter conſtare volumus tam preſentibus, quam poſteris, Quod Nos de noſtra bona voluntate villam warthen, quam clauſtrales domine ſive ſanctimonialis in Boizenborch erga nos emerunt, cum omni Jure, proprietate, attinenciis ſuis ac redditibus exinde provenientes, eodem modo quo eandem habuimus et poſſedimus, eiſdem dimiſimus habendam, et donavimus quiete et pacifice in perpetuum poſſidendam. Jam dicte vero domine pro quolibet fruſto eiſdem ville non inſpedato decem marcas brandenburgeſis argenti — nobis dederunt, et pro quolibet aliorum, videlicet dotis ac prefecture, quatuor marcas eiſdem argenti, debite formam emptionis ſervantes pariter et vendicionis. Ut autem preſcripta dimiſſio atque donacio a nobis et noſtris veris ac legitimis heredibus facta inviolabilis ac Integra perſeveret, Inſtrumenta preſencia, ſuper eo conſecta, duximus noſtrorum ſigillorum appenſionibus roboranda, Preſentibus Teſtibus ydoneis, ſcilicet noſtris fidelibus, Conrado de Redere dicto, Henrico de ſtegelicz dicto, noſtre curie dapifero, Henningo de Blankenborch, Theoderico de Kerkowe, Henningo de mentyz, Bethemanno de Jagow, Bernardo de peccatel et filio ſuo Gheroldo, militibus, nec non et aliis quampluribus nichilominus fide dignis. Actum et datum Grymnitz, ſub annis Domini milleſimo Trecentefimo quarto, In die Beatorum felicis et Adaucti martyrum, per manus domini Everhardi noſtre curie cappellani et notarii.

XIX. Die Markgrafen Otto und Woldemar verkaufen dem Kloster Marienpforte alle Bede aus dem Dorfe Warthe mit der Mühle, am 29. Mai 1308.

In nomine ſancte et individue trinitatis. Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, ſucceſſu temporis pariter evaneſcant, conſuevit ea ſagacitas hominum teſtibus ſubſcriptis et litterarum teſtimonio perhennare. Hinc eſt, quod nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenses, Landſbergenses et Luſacie marchiones, ad univerſorum et Singulorum noticiam Tenore preſentium volumus devenire, quod reverendis ac devotis ſanctimonialibus in clauſtro Bouzenborch degenſibus ibique deo dicatis, villam Warthen vendidimus liberam ab omni ſervicio, precaria, exactione, conſagittatione et ab omnibus angariis et infeſtacionibus, quibuscunque licet nominibus cenſeantur, et cum molendino, quod dicte ville adiacet, cum omnibus utilitatibus et proventibus et attinenciis quibuslibet, juſto proprietatis titulo perpetuis temporibus pro nobis ab omnibus noſtris officialibus et ſubditis ſingulis quibuscunque licet condicionibus, quacunque eciam neceſſitate urgente, quiete et pacifice poſſidendam, ita quod nichil penitus ſervitii ſeu ſubvencionis a predicta villa vel incolis